



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum mens cognoscat res materiales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

sentis, & præteriti accidentalis intelligibili est, in qua-
rum hmoi. unde quavis in mēte aliquo modo pos-
sit esse memoria, non tamen potest esse ut potētia
quædam per se distincta ab alijs, per modum quo
Philosophi de distinctione potentiariū loquuntur,
sed hæc solummodo potest inueniri memoria in
parte sensitua quæ fertur ad præsens, in quantum est
præsens, unde si debent ferri in præteritum requiritur
aliqua altior virtus, quam ipse sensus, nihilomi-
nus tamen & si^a memoria non sit potētia distincta
ab intelligentia prout intelligentia sumitur pro po-
tentia, tamen inuenitur Trinitas in aīa et confide-
rando ipsas potētiās, secundum quod vna potētia,
quæ est intellectus, habet habitudinem ad diuersa,
scilicet ad tenendam notitiā alicuius habitualiter:
sicut & August. distinguit rationem inferiorem
a superiori, secundum habitudinem ad diuersa.

D. 866.
12. de Trin.
6. 14. com. 3.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quavis
memoria prout est in mente non sit alia potētia ab
intellectu possibili distincta, tamē inter intellectum
possibilem & memoriā inuenitur distinctio secundum
habitudinem ad diuersa, vt ex dictis patet. Et
similiter dicendum est ad quatuor sequentia.

AD PRIMUM vero in contrarium dicendum, qd
Aug. ibi loquitur de imagine inuēta in anima, non
secundum perfectam imitationem, quæ est quando
actu imitatur Trinitatem intelligendo eam.

AD SECUNDUM dicendum, quod semper est in
anima imago Trinitatis aliquo modo, sed non se-
cundum perfectam imitationem.

AD TERTIUM dicendum, quod inter potētiā &
actum & habitum potest esse qualitas, secundū quod
comparantur ad vnum obiectum: & sic imago Trin-
itatis inuenitur in anima secundum quod fertur in
Deum. Et tamen etiam cōiter loquendo de poten-
tia habitu, & actu inuenitur in eis æqualitas, non qd
dem secundum proprietatem naturæ, quia alterius
modi habet esse operatio, habitus, & potētia: sed
secundum comparisonem ad actum, secundum
quam consideratur horum trium quantitas, nec
oportet quod accipiatur vnus tantum actus nume-
ro, aut vnus habitus, sed habitus & actus in genere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mens cognoscat res materiales.

1. p. q. 84. ar-
ticul.

QVARTO quaeritur, vtrum mens cognoscat res
materiales. Et vt quod nō. mens. n. nō. cogno-
scit aliqd nisi intellectuāli cognitione: sed
vt habetur in gl. 2. Cor. 12. illa est intellectuālis visio
quæ illas res continet, quæ non habēt imagines sui
similes, quæ non sunt quod ipsæ. cum igitur res ma-
teriales non possint esse in anima per se ipsas, sed so-
lum per imagines sui similes, quæ non sunt quod
ipse, videtur quod mens materialia non cognoscat.

12. sup. Gen.
cap. 24. circa
prin. com. 3.

¶ 2 Præter. Aug. super Gen. ad literam dicit. mente
intelliguntur quæ nec corpora sunt, nec similitudi-
nes corporum: sed res materiales sunt corpora &
similitudines corporum habent. ergo & c.
¶ 3 Præter. Mens siue intellectus habet cognoscere
quidditates rerum, quia obiectū intellectus est, quod
qd est, vt dicitur in 3. de Anima: sed quidditas rerum ma-
terialium non est ipsa corporeitas, alias oporteret
oīa quæ quidditatem habent corpus esse. ergo & c.
¶ 4 Præter. Cognitio mētis consequitur formā, quæ
est principii cognoscendi: sed formæ intelligibiles,

Co. 26. 10. 2.

quæ sunt in mēte, sunt omnino immateriales. ergo
per eas mens nō potest res materiales cognoscere.
¶ 3 Præter. Omnis cognitio est per assimilationē sed
non potest esse assimilatio inter mentem, & materia-
lia: quia similitudinem facit vnitas qualitatis, quali-
tates autē rerum corporalium sunt corporalia ac-
cidentia, quæ in mente esse non possunt. ergo & c.
¶ 6 Præter. Mens nihil cognoscit, nisi abstrahendo a
materia, & a conditionibus materie: sed res mate-
riales, quæ sunt res naturales, non possunt etiam se-
cundum intellectum a materia separari, quia in eo-
rum definitionibus cadit materia. ergo & c.

SED CONTRA. Ea quæ ad scientiam naturalem
pertinent mente cognoscuntur: sed scientia natu-
ralis de rebus materialibus est. ergo materialia per
mentem cognosci possunt.

¶ 2 Præter. Vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit,
& horum est optimus iudex, vt dicitur in 1. Ethico.
sed sicut dicit August. 1. 2. super Gen. ad literam, p-
mentem ista inferiora iudicantur. ergo hæc infe-
riora materialia per mentem intelliguntur.

¶ 3 Præter. Per sensum non cognoscimus, nisi ma-
terialia: sed cognitio mentis a sensu oritur. ergo &
mens naturales res cognoscit.

RESPON. Dicendum, qd omnis cognitio est
secundum aliquam formam, quæ est in cognoscente
te principium cognitionis. Forma autē huiusmodi
potest considerari dupliciter. Vno modo secun-
dum esse, quod habet in cognoscente. Alio mo-
do secundū respectum, quem habet ad rem, cuius
est similitudo. Secundum quidem primum respec-
tum facit cognoscentem actu cognoscere, sed se-
cundum, sicut respectum determinat cognitionem ad
aliquod cognoscibile determinatum. Et hoc mo-
do secundum respectum rem aliquā, est secundum condi-
tionem cognoscentis, in quo forma recipitur
modum eius. Non autem oportet, quod res cog-
noscenda sit secundum modum cognoscentis, vel secun-
dum modum illum, quo forma, quæ est cognos-
cendi principium, esse habet in cognoscente. vnde ni-
hil prohibet per formas, quæ in mente immateria-
liter existunt, res materiales cognosci. Hoc autem
differenter contingit in mēte humana, quæ cog-
nitionem accipit a rebus, & in diuina, vel angelica.
a rebus non accipiunt. In mente enim accipiente
scientiam a rebus formæ existunt, per quā ad ob-
iectum rerum in aīam. Omnis autem actio est p-
formam. unde formæ, quæ sunt in mente nostra, p-
mo & principaliter respiciunt res extra aīam ex-
istentes, quantum ad formas earū. Quarum est du-
plex modus: quæ dā n. sunt, quæ nullam sibi mate-
riā determinant, vt linea, superficies & hmoi. Quæ-
dam autē determinant sibi specialem materiam. ac-
cipiunt oēs formas naturales. Ex cognitione autem for-
marum, quæ nullā sibi materiā determinant, nō re-
linquuntur aliqua cognitio de materia: sed ex cog-
nitione formarum, quæ determinant sibi materiam,
cognoscitur etiam ipsa materia aliquo modo. Et
secundum habitū dicitur, quā habet ad formam. Et
hoc dicitur Philosophus in 1. Physico. quod materia
prima est seibilis secundum analogiam ad formam.
Et sic per similitudinem formæ ipsa res materialis
cognoscitur: sicut aliquis ex hoc ipso, qd cogno-
scit limitatē cognoscit naturam simi. Sed formæ re-
rum in mente diuina existentes sunt, ex quibus
esse rerū, quod est eōe formæ, & materie. vnde &
formæ illæ respiciunt, & formam, & materiam

Gl. ordi. sup
illud, Raptū
vīq; ad cer-
tium celum

immediate. & nō vnū per alterū, & similiter forme intellectus Angelici, quæ sunt similes formis mentis diuinæ, quāuis non sint causæ rerū. Et sic mens nostra de rebus materialibus materialē cognitionē habet. mēs vero diuina, & angelica materialia immaterialius, & tñ perfectius cognoscit.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ auctoritas illa dupliciter pōt exponi. Vno modo, vt referatur ad visionē intellectualem, quantum ad omnia quæ sub ipsa cōprehenduntur: & sic dicitur intellectualis visio illarum tantum rerum, quæ non habent imagines sui similes, quæ non sunt, qđ ipsa, nō vt hoc intelligat de imaginibus quibus res intellectuāli visione vidētur, quæ sunt quasi medium cognoscendi, sed quia ipsa cognita per intellectuāle visionē sunt res ipsæ, & nō rerum imagines, qđ in visione corporali. s. sensitiua, & spiritali, scilicet imaginatiua non accidit. Obiecta enim imaginationis, & sensus sunt quædam accidentia, ex quibus quedā rei, figura, vel imago constituitur: sed obiectum intellectus est ipsa rei essentia, quāuis essentiam rei cognoscat p̄ eius similitudinem, sicut per mediū cognoscendi, nō sicut per obiectū in quo primo fertur eius visio. Vt dicit, quod hoc quod in auctori tate dicitur, pertinet ad visionē intellectuāle, secundum quod excedit imaginatiuam & sensitiuam, sic enim Augu. ex cuius verbis glossa sumitur, intendit assignare differentiā trium visionum, attribuens superiori visioni id, in quo inferiorē excedit: sicut dicitur, qđ spiritalis visio est cū absentia cogitamus per similitudines quasdam, & tamen spiritalis siue imaginaria visio etiam est de his, quæ presentialiter videntur: sed in hoc, quod etiam absentia videt imago, sensum transcendit: & ideo ponitur hoc quasi proprium eius. Similiter etiam intellectuālis visio in hoc transcendit imaginationem, & sensum, quod ad illa se extendit, quæ per essentia suā, sunt intelligibilia. Et ideo hoc ei attribuit Aug. quasi propriū, quis etiā cognoscere possit materialia, quæ p̄ suas similitudines cognoscibilia sunt. Vnde dicit Aug. 12. super Gene. ad literā, quod per mēte etiā ista inferiora diiudicātur, & ea sciuntur: quæ neque sunt corpora, neque illas gerunt formas similes corporum. Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad TERTIVM dicendū, q̄ si corporeitas sumat a corpore, put est in genere quātitatis, sic corporeitas nō est rei naturalis quidditas: sed eius accidens, s. forma dimēsiō. Si vero sumat a corpore, prout est in genere substantiæ, sic corporeitas nominat rei naturalis essentia, nec tñ sequitur, qđ omnis quidditas sit corporeitas, nisi diceretur, quod quidditati in quantum quidditas, conueniret esse corporeitatē.

Ad QVARTVM dicendum, q̄ quāuis in mente non sint, nisi immaterialis formæ, possunt tamē esse similitudines rerum materialium. Non enim oportet, quod eiusmodi esse habeat similitudo, cuiusmodi est id cuius est similitudo: sed solum, qđ in ratione conueniat: sicut forma hominis non habet tale esse in statua aurea, quale esse habet forma hominis in carnibus, & ossibus.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ quāuis qualitates corporales nō possunt esse in mente, possunt tamē esse similitudines qualitatum corporearum, & tñ has mens rebus corporeis assimilatur.

Ad SEXTVM dicendū, q̄ intellectus cognoscit abstracto a materia particulari, & cōditionibus eius, sicut ab hac carne, & his ossibus: non tamē oportet

A quod abstrahat a materia vniuersali. vnde potest considerare formam naturalem in carnibus, & ossibus, sed non in his.

ARTICVLVS V.

Varum mens nostra possit materialia cognoscere in singulari.

QVINTO queritur, vtrum mens nostra possit cognoscere materialia in singulari. Et videtur quod sic, q̄a sicut singulare habet esse per materiā, ita res dicuntur materiales, quæ in sui definitione materiā habent: sed mens quāuis sit immaterialis, potest cognoscere res materiales. ergo eadē ratione potest cognoscere res singulares.

¶ 2. Præ. Nullus recte iudicat, & disponit de aliquibus, nisi ea cognoscat: sed sapiens p̄ mēte iudicat recte & disponit de singularibus, sicut de familia sua, & de reb⁹ suis, ergo mēte singularia cognoscimus.

¶ 3. Præ. Nullus cognoscit cōpositionem, nisi cognoscat cōpositionis extrema: sed hanc cōpositionē Socrates est homo, format mēs. nō. n. possit eā formare aliqua sensitiua potētia, q̄ hominem in vniuersali nō apprehēdit. ergo mēs singularia cognoscit.

¶ 4. Præ. Nullus potest imperare actum aliquē nisi cognoscat obiectum actus illius: sed mens siue ratio imperat actum concupiscibilis, & irascibilis, vt patet in 1. Ethic. ergo cum illorum obiecta sint singularia, mens singularia cognoscit.

¶ 5. Præ. Quæquid potest virtus inferior pōt superior secundum Boetium: sed potētia sensitiua, quæ sunt inferiores mente, singularia cognoscunt. ergo multo amplius mēs singularia cognoscere potest.

¶ 6. Præ. Quanto aliqua mens est altior, tanto habet vniuersaliorem cognitionem, vt patet per Dionys. 12. c. cel. Hic. sed mens angeli est altior, quam mens hominis, & tamen angelus cognoscit singularia. ergo multo amplius mens humana.

SED CONTRA. Vniuersale est dum intelligitur, singularia dum sentitur, vt dicit Boetius.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet, mens humana, & angelica diuersimode materialia cognoscit. Cognitio. n. mētis humanæ fertur ad res naturales primo secundum formā, & secundario ad materiā prout habet habitudinem ad formā. Sicut autē ois forma quantum est de se, est vniuersalis, ita habitudo ad formā non facit cognoscere materiā, nisi cognitione vniuersali. Sic autē considerata materia non est indiuiduationis principium: sed secundum quod consideratur materia in singulari, q̄ est materia signata sub determinatis dimēsiōibus existens. Ex hac enim forma indiuiduatur. Vnde dicit Philosophus in 7. Metaphy. quod hominis partes sunt materia, & forma vniuersaliter, Socrates vero forma hæc, & hæc materia. Vnde patet qđ mens nostra singulare directe cognoscere nō pōt. sed directe cognoscitur a nobis singulare p̄ virtutes sensitiuas, q̄ recipiūt formas a rebus in organo corporali: & sic recipiunt eas sub determinatis dimēsiōibus, & secundum quod ducāt in cognitionē materiæ singularis. Sicut. n. forma vniuersalis ducit in cognitionē materiæ vniuersalis, ita forma indiuidualis ducit in cognitionē materiæ signatæ, q̄ est in indiuiduationis principiu: sed tñ mens p̄ accides singularibus se immiscet, in quantum continuatur virtutibus sensitiuis quæ circa particularia versantur. Quæ quidem

1. p. q. 86. artic. 1.

Ca. vi. to. 6.

1. de Cons. dist. 4. artic. 2. d. 1.

12. Cœlest. Hiero. super Porphi. prohem. in predicabil. non procul a fi. Habetur hic tract. in s. 1. Porphi. Art. præced.

D. 632.

Com. 121. & per aliquot alios tom. 3.